

Hic ipse autem fortior & crassior est, quam in homine, & exterius atque inferius humeri latus occupat.

Inter flexores cubiti biceps ejusdem est structuræ uti in homine.

Brachialis verò interni origo sese pretendit ad capitulum usque humeri, & in suo progressu hic musculus totam humeri externam partem veluti fasciatim ambit, & eodem loco uti in homine inferitur.

Flexores carpi adsunt tres ; Extensores carpi tales sunt, quales in homine.

Extensores digitorum sunt primò communis, qui in tres digitos priores inferitur ab humero ortus. Secundus cubito descendens, in ultimum & penultimum intetur.

Adest & indicator s. extensor indicis.

Pronatores se habent uti in homine.

Ex supinatoribus longus brevior est brevi, cæterum ejusdem situs uti in homine.

Aliorum muscularorum descriptions reservamus in aliud tempus.

### *Figurarum Explicatio.*

Fig. 5. A B. Gula, C D. Duodecum, E. Ventriculus.

Fig. 6. E H. Ilei portio, G. H. Coli portio, H F I. Cœcum omnia magnitudine naturali.

Fig. 7. a z Coli valvula, prorsus fere uti depingitur in homine, nisi quod fermè sit rhomboidalis ; b c Apertura Ilei in Colon.

Fig. 8. K. Porcio Cœci, cuius ima pars est aperta versus Colon, ut Valvulae conniventes ramosæ o o o in conspectum veniant.

### *E R R A T A.*

Page 223, line 23, r. Fig. 2. ibid. lin. 31, r. Fig. 3.

**F I N I S.**